

Quod habet lucem, factum est in lumine obscuritatem, postquam uero deductum est ad perfectionem, conualescit à languoribus, & à tenuitate, & apparebit illud magnum fluxibile capitis & caudæ. Et hæ duæ proprietates, & septem ordines ponderum, quinque eorum sunt absque obscuritate, & quinque lucentium est pulchritudo.

EXPOSITIO HORVM, DABITVR
*tibi de uirtute mea, & proprietate
 Solis de computatione
 mea &c.*

SOL est clavis cuiuslibet ianua, & quod restat sine dubietate, est in firmamento directo determinante. Hæc est distinctio septem partium, hæc diuisio est directionis & spoliationis, quæ has res sordium iubet reuertere in decoctione, & infirmatione ad temperantiam suam reuersorum pullorum, hæc est coagulatio absque diuisione. Posteaquã feceris illa septem, quæ diuisisti per septem stellas, purgasti, & hoc tritum